

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diabolus g  
cum fonte primo

Demonum est mala suggestere;  
nostrum est non consentire.  
Quociens eis resistimus,  
tociens eos superamus,  
angelos glorificamus, Deum honoramus  
qui incitat ut pugnemus,  
adiuuat ut vincamus,  
consolidat ne deficiamus.

Bernardus in sermone.

Daemonum officium est suggestiones malas ingerere:  
nostrum est illis non consentire.  
Nam quoties resistimus,  
diabolum superamus,  
angelos laetificamus, Deum honorificamus.  
Ipse enim nos hortatur ut pugnemus,  
adjuvat ut vincamus:  
certantes in bello spectat, deficientes sublevat,  
vincentes coronat.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?),  
*Meditationes piissimae de cognitione humanae  
conditionis*, 12 (PL 184, col.504C).